

1541. die 10. Decembris.

Littere ad Consiliarios Majores
De transferendis regni Comi:
tibus.

Sigismundus Dei gratia etc.

Reverende sincere nobis Dilecte.

Cum regno nostro magna hoc tem:
pore pericula impendere videre:
mus, visum est nobis, mature con:
silio ea, si fieri posset, propulsare,
Christo consilia nostra fortunante.
Ejus itaque rei causa Comitibus Pio:
trivia edixeramus ad festum Epi:
phaniae proximum. Quoniam vero
perfertur ad nos grassari undique
pestem circum Piotriviam, neque
sine ingenti multorum discrimine
haberi constituto per nos tempore
Comitibus posse Dne multumque deli:
berabimus, quem postmodum in lo:
cum Comitibus nobis essent transfe:
renda, visa quoque vobis est haec
consultatio perdifficilis. Nam si lo:
cus fuisset in majori Polonia con:
stitutus, gravatius iri, videbamus,
eos, qui sunt in minori Polonia,
in qua ipsa si Comitibus edixissemus,
non minus id grave videbamus fore,
his qui sunt in majori Polonia, cum

itaque

itaque nihil statuere possemus De
loco, quod utrique terre nostra Po:
lonia gratum esse posset, saltem in
tempus allicit, Differre, comitia no:
bis visum est, si forte interea gratia
et misericordia Domini nostri Jesu
Christi conquiescere pestis posset,
qui severe tantopere in multis locis
diatur. Quare ut constitutionibus re:
gni nostri satis faciamus, quibus cau:
tum est, ut nisi graves cause im:
pediant, ne abibi, quam Piotrovia
Comitia habeamus De loco in pre:
sentia nihil mutamus, sed que edi:
xeramus Comitia ad festum Epipha:
nie, ea presentibus literis rejecta
volumus, et translata, ita, ut reici:
mus presentibus, et transferi:
mus ad proximam Dominicam
reminiscere. Quod si quod Deus o:
men avertat: nec eo tempore graf:
sari pestis circum Piotroviam
desineret, tum a Paternitate Ve:
stra certiores fieri postulamus,
quoniam potissimum loco ad prescri:
ptum et prefinitum per nos Diem
Comitia Nobis habenda putet, quo
ut habeantur, cum primis esse neces:
sarium videtur. Quo fuerit haec de

re)

401
re sententia paternitatis Vestre eam
per hunc ipsum Cubicularium nostrum ad
Nos perscribet. Que bene valeat. Da:
tum Vilne Die 10. mensis Decembris.
Anno Domini millesimo Quingentesi:
mo quadragesimo primo. Regni ve:
ro nostri trigesimo quinto, ad man:
Datum Se Re Mitis proprium.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and illegible.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and illegible.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and illegible.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and illegible.